Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/320223

THESES

JURIDICAE INAUGURALES.

13

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII GUILIELMI OPZOOMER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCT. PHIL. PROF.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

BERNHARD GODFRIED HENRY STRÄTER,

Mosa-Trajectinus.

A. D. LUNAE, XXII DECEMBRIS, A. MDCCCLI HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. VAN BOEKHOVEN,

MDCCCLI.

THESES.

I.

Cicero pro Caecina bonam causam defendit.

II.

Arrha data, ab emtione et venditione scriptis non celebrata recedere non licet.

III.

Probanda mihi videtur sententia fidejussori minoris in integrum restitutionem tunc non prodesse, si nominatim contemplatione juris praetorii intercessit.

IV.

Per litis contestationem reus in mora esse nequit.

V.

Liberi ex matrimonio putativo quod dicitur, etsi parentes vel alter eorum in bona fide sunt, jure romano legitimi non habentur.

VI.

Conductione praedii non adquiritur jus in re.

VII.

Re conducta vendita emtori conductor non tenetur ad solvendam mercedem, nec ab eo expelli potest pensione non soluta, et conductor venditorem convenire potest ad refectionem.

VIII.

Emtor hereditatis instituere potest petitionem hereditatis.

IX.

Si ille, qui creditori promisit se res suas hypothecae adstricturum non esse, tamen hypothecam imposuit, creditor tamen, antequam obligationis dies venit, creditum exigere nequit.

X.

Si convenerit, ut magister navis vectori alimenta praestaret, interrupto per vim majorem itinere, ex art. 525 C. M. vector tenetur pro rata nauli parte etiam pretium alimentorum praestare.

XI.

Si merces quae in navigatione per magistri culpam perierint in aliam navem translatae fuerunt, damnum ad debitorem foeneris nautici pertinet.

XII.

Forocedens amittit administrationem rerum suarum ab initio forocessionis.

XIII.

Moratorii usus ex iure romano non oritur.

XIV.

Aequitati convenit, quod art. 203 C. M. regressus in casu, de quo in illo articulo agitur, unice conceditur contra trassantem.

XV.

Trassatus, qui solvit sequenti die postquam dies literarum cambialium venit, etiam de impensis tenetur protestationis inchoatae.

XVI.

Minus probanda sententia *in Bijblad* 1848 *pag.* 103, eum, qui mandaverat alicui nomina publica emere et vendere, hujus obligationis causa carceri civili obnoxium esse; tum vero ex declaratione scripta nonnullorum mercatorum probatio eum mercatorem esse non oritur.

XVII.

Modus probandi delicta jure francico receptus ab eo quem nostrates constituerunt potius verbis quam re differt.

XVIII.

Epistolae a reo seu ad eum scriptae intercipi possunt apud administrationem rei tabellariae.

XIX.

Qui piscationem in aqua, ab altero conducta exercet sine consensu conductoris, non obstante licentia a magistro silvarum et aquarum impetrata, incurrit in poenam art. 48 legis 11 Juli 1814 (Staatsbl. 79).

XX.

Non adsentior ampl. DE BOSCH KEMPER Strafv. III. 161 circa decreta judicis de praevia rei detentione statuenti *„dat het algemeen erkende regtsbeginsel is, dat de regter op zijne vonnissen van instructie mag terug komen."*

XXI.

Systema, quod QUESNAY proposuit magis profuit scientiae oeconomiae politicae quam systema mercantile.

XXII.

Generaliter nulla industria praeponenda, quod unum quemque vero populum attinet secundum divitias, regionem, ingenium et universam omnino conditionem cujusque, eligendum est.

XXIII.

Societates adsecurationis universi populi sortem non augent quidem, sed ei tamen conservandae omnino prosunt.